

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1255

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

386. *Das St. Thomascapitel zu Straßburg verlehnt gegen eine jährliche Pacht von 13 Unzen einen Hof den Nonnen in Eckbolsheim. 1255 Februar 25.*

B[urcardus] decanus totumque capitulum sancti Thome Argentinensis omnibus hoc scriptum intuentibus noticiam subscriptorum. notum sit universis presentibus et futuris, quod nos totam curiam nostram, que vulgo judicialis dicitur, curie 5 sororum in Eckebolzheim¹ contiguam eisdem sororibus sub annuo censu tredecim unciarum de communi consensu locavimus in perpetuum possidendam hoc modo videlicet, ut sorores memorate medietatem dictorum censuum in festo nativitatis 10 domini, reliquam vero medietatem in nativitate beati Johannis baptiste nobis debeant assignare. ut autem hujusmodi locatio permaneat inconvulsa, presentem 10 cartam sigillo domini nostri episcopi et nostri capituli duximus roborandam. nos Heinricus episcopus Argentinensis hujusmodi locationem ratam habemus et auctoritate, qua fungimur, confirmamus. acta sunt hec anno domini 1255, 5 kalendas marcii.

Dez. 25

Juni 24

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 3079 or. mb. c. 2 sig. pend. Schr gut erhaltenes Siegel des 15 St. Thomascapitels.

387. *Rath und Bürgerschaft der Stadt Straßburg stellen den Bürgern Hagenaus ein Vidimus des ihnen von König Wilhelm erteilten Freiheitsbriefes aus. 1255 März 3.*

Universis presentes literas inspecturis consules et universi cives Argentinenses 20 salutem in domino. specialis illa dilectio, quam ad cives civitatis Hagenogensis semper habuimus et habemus, nos inducit, ut ad honorem et comodum eorundem, quantum possumus, efficaciter intendamus. ut igitur libertates et gratie a serenissimo domino nostro Willhelmo Romanorum rege semper augusto interventu venerandi patris domini nostri episcopi necnon nostro civibus ipsis facte majus robor obtinere 25 valeant firmitatis, tenorem privilegiorum eis super ipsis libertatibus et gratis concessorum de verbo ad verbum presentibus inseri et sigilli nostri munimine fecimus communiri. tenor talis est: [folgt das Privileg König Wilhelms für Hagenau, 1255 März 1 Weissenburg²]. in cujus evidentiam rei et probationem, cum premissis interfuimus, presentes litteras sigillo civitatis nostre predictis civibus 30 contulimus roboratas. actum 5 nonas marcii, presentibus Erbone trans Bruscham, Reinboldo dicto Liebecellere, Rudolfo de Vegersheim, Reinboldo filio Nicolay, Friderico inter mercatores, Kunone filio ejus, Reinboldo dicto Puero, Burchardo Ripelino, Erbone dicto Grimel, Gotfrido fratre ejus et aliis quam pluribus, anno incarnationis domini 1255. 35

H aus Heidelberg. Univ. Bibl. I nr. 93 or. mb. c. sig. pend. delapso. Regest darnach i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XXIV, 163.

¹ Schwestern des St. Margarethenklosters, das im Jahr 1270 in die Stadt Straßburg verlegt wurde. Vergl. D. St-Chron. IX, 742.

² Gedruckt nach dem in der Heidelberg. Univ. Bibl. I nr. 34 befindlichen Original bei Schöpflin 40 Als. dipl. I, 412 nr. 557. — Böhmer nr. 246.

388. *Bischof und Domcapitel von Straßburg sowie die Herren von Ochsenstein u. A. vermitteln einen Vergleich zwischen dem Straßburger St. Stephanskloster und den Herren von Wangen über die Vogtei des Dorfes Schiltigheim. 1255 März 7.*

5 Henricus de Staheleck Argentinensis episcopus, W[altherus] prepositus, B[ertholdus]¹ decanus totumque capitulum ecclesie Argentinensis, nobilis vir Otto ceterique fratres domini de Ochsenstein etc. cum inter abbatissam et conventum sancti Stephani et viros honorandos . . . de Wangen milites super iuribus advocatie ville Sch. juxta Argentinam questio verteretur², tandem honestorum virorum consilio et ipsorum predictorum questio est diffinita, ut in posterum dicti milites et
10 successores 30 solidos de tribus servitiis ipsis advocatis debitis a monasterio predicto recipient eaque percontenti erunt, ita tamen, quod colonus residens in curia dicte ville ipsis dominis de Wangen ceterisque advocatis, qui pro tempore fuerint, non in plus dabit vel serviet quam in 10 solidos. si vero abbatissa bona
15 propriis expensis colere voluerit, ipsius servientes ab omni exactione et precaria qualibet liberi esse debent. actum anno 1255, nonis martii.

Aus Schöpflin Als. dipl. I, 413 nr. 558 (ex tabular. civit. Argentin.).

389. *In einer Urkunde des Dekans von St. Peter³ und Pfarrers von Wolfshaus Johannes, in der er die Einkünfte der Pfarrei Offweiler dem Deutschordenshaus zu Dahn überläßt, siegelt Johannes de Vrankenstein archidiaconus Argentinensis; unter den Zeugen: Friderico dicto de Alpa civi Argentinensi, Johanne ejus filio, Cunrado notario dicti domini archidiaconi. actum anno domini 1255, 4 idus marcii. 1255 März 12.*

*D aus Darmst. G. St. A. fonds Hanau-Lichtenberg nr. 18 or. mb. c. sig. pend. laeso⁴.
25 Gedruckt darnach i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XV, 161.*

390. *Der Cardinallegat Petrus bestätigt den Beschluß des Straßburger Domcapitels, das Bäckeramt, das bisher an Laien vergeben wurde, zu den Pfründen zu schlagen. 1255 März 18 Rheinau.*

Petrus miseratione divina sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis
30 apostolice sedis legatus dilectis in Christo . . . preposito, . . . decano et capitulo

¹ Bertoldus decanus et archidiaconus und C[onradus] de Wolvaha archidiaconus Argentinensis erscheinen in einer Urkunde für das Honauer Stift, 1255 Juni 5. Karlsru. G. L. A. Section Straßburg fasc. 14 or. mb. c. 5 sig. pend.

² Cfr. nr. 237.

³ Wohl des Jung St. Petersstiftes zu Straßburg.

⁴ Ebenda nr. 20 befindet sich im Original eine Urkunde der Herren von Lichtenberg aus demselben Jahre 1255 für das Ordenshaus zu Dahn, unter deren Zeugen: domino W[althero] sculteto Argentinensi, gedruckt i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XV, 160.

Argentinensi salutem in domino. lecta nobis vestra petitio continebat, quod duxistis de communi consilio deliberatione provida statuendum, ut officium pistrine ecclesie vestre, quod laicis solet haecenus exhiberi, quamprimum vacare contigerit, in augmentum prebendarum vestrarum, que adeo sunt tenues et exiles, quod de ipsis nequitis sustentari commode, convertatur. nos itaque vestris supplicationibus 5 inclinati, quod in hac parte provide factum est, ratum et gratum habentes id auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit 10 incursum. datum Rinaugie 15 kalendas aprilis, anno domini 1255.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2703 or. mb. c. sig. pend. delapso¹.

391. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet, daß der Straßburger Ritter Sifrid Bild Güter in Straßburg und Königshofen dem St. Arbogastskloster, auf dessen Canonical sein Sohn Burchard die Anwartschaft erhalten, verliehen habe.* 15
1255 März.

H[einricus] dei gratia Argentinensis episcopus notum facimus omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, Sifridum militem dictum Ymaginem civem nostrum Argentinensem pistrinum suum situm apud sanctam Aureliam solventem annuatim viginti sex unceas et aream unam, quam quondam Ceisolfus possederat, 20 solventem annuatim novem unceas et quatuor cappones et unum agrum situm in banno Kungeshoven solventem annuatim decem solidos et duos cappones preposito et fratribus sancti Arbogasti pro salute anime sue contulisse sub tali conditione, quod dicti fratres bona predicta prefato *Sifrido*, quandocumque ab ipsis requisierit, restituant eidem. census autem predictorum bonorum annuatim presentabunt, bonis 25 nondum ab ipso *Sifrido* requisitis. quam diu autem predictus *Sifridus* non repetit et si medio tempore de hac vita presenti evocatus fuerit, bona sepefata fratribus predictis cedent libere et ab omni censu absoluta pleno jure perpetuo possidenda. ipsi autem fratres anniversarium ipsius *Sifridi* militis in vigiliis et missis sollempniter celebrabunt et omnibus sacerdotibus ejusdem ecclesie quinque solidi equaliter 30 eadem die distribuentur et ea die omnes tenentur missas pro defunctis celebrare. in anniversario quoque depositionis die ipsius *Sifridi* militis omnibus fratribus in refectorio servitium in prandio sufficienter ministrabunt et omnia fragmenta pauperibus ibidem post prandium petentibus erogentur. sciendum etiam, quod prepositus et conventus prenominate ecclesie Burcardum filium antedicti *Sifridi* militis in 35 fratrem et in consortium plene fraternitatis pure pro dei amore receperunt et, quando

¹ *Ebenda G fasc. 2713 befindet sich im Original ein Schreiben des Cardinallegaten Petrus über dieselbe Angelegenheit an den Abt von Altorf, 1255 März 16.*

eidem puero placuerit, ipsum canonica investire debebunt. in cuius rei gratiarum actionem et pro dei amore contulit domum cum fundo dictam Spec unde Erweisse predicte ecclesie sancti Arbogasti eo jure, quo prefata bona constat eisdem donasse. si autem, patre dicti pueri mortuo, puer dicta canonica investiri rennerit, dicta
 5 domus Spec unde Erweisse proprietati ecclesie sancti Arbogasti cedere debebunt. in cuius rei evidentiam et stabilitatem presentem cedula fecimus conscribi et sigillo nostro et ipsius *Sifridi* militis decrevimus communiri. actum anno domini 1255, mense martii, presentibus hiis testibus subscriptis: Begerone albo, Petro Napen, Hecelone et Friderico Dispensatore militibus, Rulino et Ottone dictis Ripplin civibus
 10 Argentinensibus et aliis quam pluribus.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 84 fasc. 1 or. mb. c. 2 sig. pend.

392. *Pabst Alexander IV verheißt Allen, welche das Straßburger St. Nicolauskloster am Tage des Schutzheiligen besuchen werden, Ablaß. 1255 October 16 Anagni.*

15 Alexander episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus priorisse et conventui monasterii sancti Nicolai ad Canes^a Argentinensis ordinis predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. in sanctorum festivitibus, que a Christi fidelibus votiva celebritate coluntur, dignis laudibus gloriatur omnipotens, sanctis ipsis debitus honor impenditur et animarum profectus devotione congrua procuratur.
 20 unde nos, qui fidelium ipsorum curam gerimus generalem, cum pre omnibus, que nostre incumbunt sollicitudini, ad illorum salutem intendere teneamur, multo desiderio cupimus, ut illorum memoriam, quos exutos jam corpore stola generali induit rex celestis, venerabiliter recolentes ipsorum festa et celebri agant observantia et solemnitate annua prosequantur. ac ut tanto accuratius ad eorum cultum se pre-
 25 parent, quanto plus ipsum animabus senserint profecturum, eum nonnunquam insigniis quibusdam spiritualibus, indulgentiis videlicet et remissionibus, magnificare studemus. hinc est quod, cum ecclesia monasterii vestri in honorem beati Nicolai constructa esse dicatur, nos ipsum digna coli reverentia cupientes omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad eandem ecclesiam in illius festo pura intentione
 30 accesserint annuatim, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. datum Anagnie 17 kalendas novembris, pontificatus nostri anno primo.

Dez. 6

Aus Ripoll Bullar. ord. prædicat. I, 288 nr. 46 (ex archivo ordinis lib. A fol. 837). — Pöthast Reg. pontif. nr. 16061.

^{a)} *Ripoll Caves.*

393. *Pabst Alexander IV verheißt Allen, welche das Straßburger St. Nicolauskloster am Weihitag besuchen werden, Ablaß. 1255 October 16 Anagni.*

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus priorisse et conventui monasterii sancti Nicolai ad Canes^a Argentinensis ordinis predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. si juxta divine scripture testimonium 5 Judei, qui umbre deserviebant legis, dominum in locis deo dicatis orabant sibi sacrificia offerentes, multo magis hi^b, quibus veritas per Jesum Christum illuxit, in consecratis ei ecclesiis convenire letantes, attente orare ac offerre devote laudes et munera sibi debent necnon eo crebrius ipsum inibi deprecari, quo suo specialius cultui deputate noscuntur et benignius in eis votis annuere creditur supplicantium. 10 unde nos, qui de summi apostolatus specula cunctorum saluti prospicimus, multo desideramus affectu, quod plebs catholica in hujus maris periculoso pelago constituta frequenter ecclesiarum ipsarum adeat limina salvatoris misericordiam et suffragia sanctorum in illis, ut evadat animarum naufragium, humiliter petitura. et ut avidius hujusmodi devotionis exercitium amplectatur, nonnunquam ex ipsis ecclesiis spiri- 15 tualium aromatum donariis, indulgentiis videlicet et remissionibus, honoramus, ut exinde odore salutifero prodeunte plebs eadem ad suavitatem illius affectuose concurrat. hinc est quod nos ecclesiam monasterii vestri ad honorem beati Nicolai, ut asseritis, dedicatam digna veneratione visitari fidelium cupientes omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad eam in die sue dedicationis accesserint annuatim, 20 de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. datum Anagnie 17 kalendas novembris, pontificatus nostri anno primo.

Aus Ripoll Bullar. ord. predicat. I, 289 nr. 47 (ex archivo ordinis lib. A fol. 838). — Potthast Reg. pontif. nr. 16062.

25

394. *König Wilhelm trägt dem Bischof von Straßburg und dem Grafen von Waldeck auf, den Straßburger Ritter Reinbold Liebenceller für seine treuen Dienste in Reichsangelegenheiten mit Gütern des Dorfs Tränheim zu entschädigen. 1255 November 17.*

Wilhelmus dei gratia Romanorum rex semper augustus dilecto principi suo . . . 30 episcopo Argentinensi et comiti de Waldecke justiciario provinciali¹ fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. adtendentes devota obsequia, que Reinboldus Liebencellere miles Argentinensis nobis exhibuit, ac labores universos, que subiit in imperii negociis prosequendis, discretioni vestre committimus, quatenus de villa Trenhem cum appendiciis suis ac bonis, que quondam Fridericus imperator olim 35

a) Ripoll Caves. b) Ripoll his.

Vergl. Böhmer Reg. Willh. nr. 259.

Wolfhelino sculteto Hagenogenſi in eadem villa Trenhem abſtulit, ſatisfaciatis pro ſuorum meritorum exigencia pariter et laborum. nos enim gratum habebimus et firmum, quicquid eidem et in predictis veſtra induſtria gracie fecerit vel favoris. datum in Trajecto minori 15 kalendas decembris, anno domini 1255.

5 Aus Schöpflin *Als. dipl. I, 414 nr. 562* (ex autographo). — Böhmer nr. 286, der den Ausstellungsort der Urkunde zwischen Köln und Oppenheim sucht, da Utrecht und Maastricht sich in das Itinerar Wilhelms nicht einfügen lassen, auch Trajectum inferius und superius genannt werden.

395. Reibold Virnecorn genannt Liebenceller verpachtet sein hinter der St.
10 Martinskirche zu Straßburg gelegenes Grundstück an die Schmiede Friedrich und Rudolf. 1255.

Notum sit omnibus presens scriptum inspecturis, quod ego Reiboldus Virnecorn dictus Liebencellere de consensu et voluntate universorum coheredum meorum aream unam ad nos spectantem retro sanctum Martinum sitam Friderico et Rudolfo
15 fabris concessisse ita, quod ipsi et uxores et heredes ac successores eorum eandem aream possideant a festo sancti Johannis baptiste proximo venturo usque ad terminum 80^a annorum sub tali conditione, quod de eadem area nobis omni anno
20 due libre denariorum usualis monete persolvantur sine augmentatione. quodcumque autem eadem area a nobis vel nostris heredibus alienata fuerit, possessores areę nullum exinde dampnum vel gravamen sustinebunt, quia, ad quascumque manus
25 predicta area pervenerit, pactum predictum ratum tamen semper stabit. si autem possessores aree edificia sua in eadem area constructa vendere vel obligare voluerint, primo domino curie debent exponere et, si dominus curie competens precium sicut alii homines pro edificiis dederit, sibi assignabunt. sin autem, possessores areę
30 edificia sua cum pacto suo in usus suos convertant sine contradictione qualibet. receptores autem aree sunt êrsatz domino curie daturi et pactum ipsorum ratum permanebit, fraude et dolo penitus exceptis. in cujus rei memoriam et stabilitatem presens exinde pagina est conscripta et sigillo civitatis in testimonium communita. acta sunt hec publice anno domini 1255, presentibus hiis testibus: Alberto Bagario albo tunc temporis magistro civitatis, Erbone filio judicis, Burchardo
Dispensatore, Reimboldo Stiubenwec, Gozzone filio Nicolai, Cünrado de Zavernia, Rudolfo filio Lenzelini, Úlrico Scottone, Burcardo Riplino, Reimboldelino, Johanne Hoygiero consulibus et aliis quam pluribus, Heinrico de Wolfgangesheim, Rudolfo de Vegersheim, Johanne Vitulo, Reimboldo Virnecorn juniore.

Juni 24

35 S aus Straßb. St. A. Pfennigthurm-Gew. lad. 102 fasc. Z. or. mb. c. sig. pend. laeso.

a) Das römische Zahlzeichen für 80 hat fast die Gestalt der arabischen Ziffer 7.